



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIII. Bischof Rudolph von Halberstadt überläßt dem Kloster Unser Lieben Frauen in Magdeburg den Zehnten des Dorfes Mose, welchen Markgraf Albrecht der Bär und seine Vasallen resignirt haben, (im ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XIII. Bischof Rudolph von Halberstadt überläßt dem Kloster Unser Lieben Frauen in Magdeburg den Zehnten des Dorfes Mose, welchen Markgraf Albrecht der Bär und seine Vasallen resignirt haben, (im Jahre 1145?)

In nomine sancte et individue trinitatis. Rodolfus, Dei gratia Halverstadenfis episcopus. Pateat tam futurorum, quam presentium fidelium sagacie industrie, qua ratione dati et accepti decima cuiusdam ville, que dicitur Mose iuxta fluvium Oram in partibus aquilonis per me et venerabilem archiepiscopum Fridericum data sit de nostra ad ecclesiam beate Marie Magdeburgensis cuius et fundus est ipsius ville predictae. Que decima quamvis beneficii iure XII solidorum taxatione annuatim estimatur, eo tamen tempore, quo usum illius decime ad ecclesiam beate Marie transtulimus, villa Mose partim cultore vacabat, partim sclavorum decimam non solventium nomine subigebatur, ideoque decima vel nulla erat, vel ea tantum, quam non sinodalis iusticia, sed militaris violentia extorquebat, per exactionem eorum videlicet hominum marchionis Alberti, quia illam ab eo inbeneficiati fratres de sancta Maria in ceteris bonis illius ville supra modum gravabant. Quod fratres predicti non ferentes in eius decime redemptionem plusquam duodecim talenta expenderunt, vt Marchioni ab hominibus suis, et nobis a Marchione resignata eis nostra largitione in perpetuum habenda emanciparetur. Quod vbi factum est, animaduerti nonnullam querimoniam fratrum de sancto Paulo pro eadem decima, quam suam esse affirmabant. Quibus ab ecclesia beate Marie mansus soluens X solidos in Bresloue in recompensationem illius decime vtriusque partis consensu et petitione donatus est. Sic omnia in vnum sunt terminata. Decimam predictae ville a Marchione Alberto et preposito Wichmanno, consentientibus et petentibus canonicis suis, nobis resignatam per manum predicti venerabilis archiepiscopi, ecclesie beate Marie absolute et inrefragabiliter in perpetuum habendam contradidimus. Et vt hec nostre donationis siue traditionis carta futuris temporibus firma semper et inconuulsa permaneat, tam venerabilis predicti Marchionis Alberti, quam nostri sigilli impressione signamus eam et banni nostri auctoritate roboramus. Si qua ergo in posterum ecclesiastica secularisue persona contra hanc nostre institutionis paginam ausu temerario venire presumpserit, anathema sit, quousque factum suum digna penitentiae satisfactione emendet. Conferuantibus autem sit remissio peccatorum.

Ludewig Reliqu. Mspt. II, 359. Leuckfeld Antiqu. Praemonstr. 75. Hugo Annal. Praemonstr. II, 114.

XIV. Bischof Rudolph von Halberstadt entscheidet den Streit des Markgrafen Albrecht des Bären mit den Brüdern de S. Paulo in Halberstadt über den Zehnten des im Magdeburgischen gelegenen Dorfes Mose, etwa um das Jahr 1145.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Rodolfus, Dei gratia Haluerstadenfis episcopus. Pateat tam futurorum quam presentium fidelium sagaci industrie, quod ego Rodolphus notum facio de decima cuiusdam ville, que dicitur Mose, iuxta fluvium Oram in parte